

torum prohibitionem instaurat. Quia cum fuerit ab Apostolis exorta, non ut Divini, sed ut humani ac Ecclesiastici juris, ut se Iudeis aliqui scandalum pafuris, & a conversione ad Christi fidem absterrendi fideles accommodarent, potuit sensim legis hujus obligatio antiquati, ex quo ipius causa finis desiverunt. Præterea ut superius observavi ad tertium Apostolorum Concilium, & ex Actis liquet Apostolorum cap. 5. & ex 1. Cor. 8. præceptionem istam de sanguine, suffocatis animantibus, & idolothysis, non sive universis Christianis impositam, sed solis indiciam Syris & Cilicibus, apud quos plures quam alibi Judei, utpote Jerofolymæ viciniores versabantur.

III. Canon, in eos qui servos a ministeriis debitis, aut a propriis dominis abducabant ac avebant; cum ex opposito Apostoli jubeant servos esse dominis suis subditos & obsequentes, Tit. 6. & 1. Petri 2.

IV. Canon, in contendentes non esse capaces communicandi Sacerdotum sacrificiis eos, eafive, qui conjugati aliquando fuissent.

V. In quoconque abstrahentes ab Ecclesiis & publicis synaxis.

VI. In facientes privatos & laicos conventus, ad eas exercitationes, quæ non nisi in Ecclesiis peragi debent.

VII. In usurpantes sibi aut privatis conventibus fructus & oblationes Ecclesiis debitas.

VIII. In quoconque sibi propria sponte vindicantes definitas pauperibus distributiones.

IX. In illos qui virginitatem aut continentiam eo animo profitantur, ut nuptias reprobent.

X. In virgines & continentes, etiam studio & pietate in Deum, si conjugatis insultent.

XI. In quoilibet despectui habentes Agapas.

XII. In vestium novas formas invehentes, eosque damnantes qui communibus utuntur.

XIII. In feminas prætextu religionis viriles habitus affluentes.

XIV. In uxores, quæ obtenuit religionis a maritis abscedunt.

XV. In eos qui propriis liberis a se abjiciunt, nec pietate informant propter odium matrimonii.

XVI. Ex adverso in liberis, qui pari prætextu a parentibus abscedunt, nec eis subiici aut obtemperare volunt.

XVII. In feminas, que prætextu Divini cultus crines attendent, quos ipsis datos, in subjectionis indicium admonet Apostolus 1. Cor. 11. Nihil hic agitur de vera, sed de Eustathiana religione, que res secundum se indiferentes, aut etiam bonas, intentione, ut supra exploravimus, perversa, depravabat; quemadmodum si quis salubres dapes immixtione veneni redderet lethiferas. Eustathiani matrimoniorum honorem, que ubique poterant, vel contrahi prohibebant, vel contra disolvabant, sexuunque quos diversos Deus ad matrimonii finem considerat, omnem differentiam, non nisi ad stupra & adulteria, intervertente ac depravare nitebantur. Quocirca feminas virilibus indumentis vestiri, & perinde ut viros sonderi decernebant. Hisque perversis institutis id conquebantur, ut pro matrimoniorum, que Deus instituit, legitimis conjunctionibus, omnia promiscue concubitus & libidinibus facerentur, omnisque pudor sexuunque discrimen procul eliminarentur, ut in hujus Synodo proloquo commoneant Gangrenos Patres. Nihil igitur Canon hic obstat virginis Deo sacraturam detonsioni, olim in Aegypti & Syria monasteries fieri solite, ut prodit Hieronymus epist. 48. ad Sabinianum Diaconum; jam vero in omnes tere parthenones pervalt illa capillorum recessio.

XVIII. In jejunantes Dominicis diebus.

XIX. In dissolventes jejunia, que præcipit Ecclesia, certis quibusdam temporibus a fidelibus servari solita, excepta corporis necessitate *zēgos apokratikōn dīkōnōs*. Adeo perpicax & effrenis erat hereticorum istorum insolentia, ut indicio ab Ecclesia jejuniorum dies excrarentur, diebus vero a jejuno prohibitis (ut sunt Dominicis dies) jejuni juerent.

XX. Anathema illis infigit, qui fidelium concursum ad Martyrum memorias vituperant, & sacra que in iis locis sunt, averbantur: quam irreligiositatem nostrates heretici instaurant,

SYNODUS ANTIOCHENA

Anni 341.

1. **Q**uo tempore Roma apud Julium causa tractabatur Athanasii, alicuius Episcoporum a suis Ecclesiis exterritorum, Ariani, ut judicium Romani Episcopi eluderent, & specioso prætextu indictum sibi a Julio vadimonium declinarent, ab Imperatore Constantio Arianae imperiatis faute iussione impetrarunt conveniendi Antiochiam, ad encensia Basilicæ, quam a Patre Constantino magnificis imperiis inchoatam ipse deuauum perfecerat. Id factum est secundum Consulares fastos, ut attestatur Athanasius lib. de Synodis, & Socrates lib. 2. cap. 5. Marcellino & Probo in Consulibus, qui annus in annum Christi 341. occurrit. Ibi præter celebrem illam dedicationem mandati a Constantio Episcopi (qui ipse praesens his omnibus interfuit) Synodus hanc habuere partim Orthodoxi, partim Ariani simul permixti, numero juxta Athanasium 90. aut ut scribit Hilarius 97. aut secundum Sozomenum 99. Intrahunc numerum 37. erant Ariani Episcopi, quibus Constantinus Augustus, qui Synodo isti semper adiuit, omniz deferebat, a quibus solis damnatus est Athanasius, ut prodit Julius Pontifex in sua ad Arianos epistola sic loquens: *Qui igitur sunt, qui contra canones agunt? Nonne qui cum tantis rerum documentis virum recipimus? An qui solus ad triginta sex suffragio eorum, qui Antiochiae fuerunt, externum hominem Episcopum salvaverunt, cumque militari manu Alexandriam deduxerunt?* De Gregorio Cappadoco loquitur quem Ariani hac in Synodo, contra electionum regulas invitis Clericis populoque Alexandria, in locum Athanasi per vim armatam intruerunt. Ibidem quoque Ariani instabiles, quatuor fidei formulas conscripserunt, fententis quidem Catholicas, hoc uno excepto, quod *Confusionalis* vocem devitarent. Catholici vero non aliud fidei symbolum quam Apofolicum & Nicenum profitebantur. Simil tamen omnes Orthodoxi & Ariani Canones 25. qui circumferuntur, communis consensu ediderunt. Quos omnes factos sancta Ecclesia comprobavit, solis contradicentibus quibusdam, quamvis prius & eruditis, ultimorum saeculorum Doctribus, qui quartum, duodecimum, & decimumquintum canonom ut factum Arianae perfidie averbantur: quorum tamen fententiam egregie refellit Emanuel Schelbrates in sua Antiquitate illustrata, part. 2. differt. 2. cap. 5. his, que sequuntur, argumentis.

2. In primis quia hæc Synodus Antiochena passim Nicene honificare meminit, & multis ejus canonibus astrenuis suam quoque auctoritatem impertit, vocaque *Sanctum & Magnum Concilium apud Nicenam congregatum*, can. 1. quo Paschalis celebratissimus tempus secundum Nicenam prescriptum indicatur. Canon Nicenus 16. de non suscipiendo alterius Ecclesia Clericis renovatur can. 3. Antiocheno. Canon Nicenus 4. de Metropolitanis in Provincia auctoritate, per Antiochenos can. 9. & 10. Nicenus can. 8. de Choriscopis per Antiochenum 10. Nicenus 5. de Conciliis bis in anno celebrandis per Antiochenum 20. Secundo, quia Chalcedonensis Synodus Antiochenæ auctoritate conciliavit, ejusque canones servari precepit. Enimvero act. 4. Aetius Archidiaconas ex Codice legit can. 5. Antiochenum de Clericis & Monachis adversus Episcopos schismaticos conventus facientibus reprimendis. Quo lecto, referunt in Actis: *Omnis reverendissimi Episcopi clamauerunt: Hoc est iusta regula Patrum.* Postmodum Aetius id mandante Concilio legit ex Codice inscripto, *Sicut & ipsi servavimus, Divinorum & sanctorum Canonum, canonem octogesimum tertium, qui est quartus Antiochenus, iisdem verbis.* Et act. 11. Leontius Magnes Episcopus ex eodem Codice canonem legit nonagesimum sextum, qui est Antiochenus 17. & subinde can. 95. qui est Antiochenus 16. Quæ utique indicant, canones Antiochenos fuisse ab universa Ecclesia in auctoritate receptos, primum per Graecam Divinorum & sanctorum Canonum collectionem, deinde per generale Chalcedonense Concilium. Et apud Latinos Dionysius Exiguus Antiochenos canones Latinitate donavit, ut his & reliquis sua collectionis canonibus Ecclesia pro regulis uteretur. Tertio, quia proxime sequentibus facultus Ecclesia canones istos 25. venerata fuit, eorumque sequita est auctoritatem & prescripta. Etenim post Chalcedonensem Synodum, cuius vel sola auctoritas sufficeret, usi sunt canone 4. Antiocheno Episcopi Pisidiæ, ut fidem facit Schelbrates. Gelasius Romanus Pontifex in Concilio 70. Episcoporum indicem texens librum apocryphorum, nihil meminit canonum Antiochenorum. Immo vero perantiquus Romana Ecclesia Codex,

Synodus Antiochena anni 341.

91

men Athanasius, ut ait Synodica Alexandriae Egyptiorumque Antifitum epistola ad ann. Christi 339. *Ad religiosissimum imperatorem ascenderat deprecans iniuriam hominis, & adversariorum calumnias, ut legitima Episcoporum Synodus indicaretur.* Prætereaque ad Summum Pontificem Julianum recursum habuit. Eademque propemodum in Chrysostomo contigerit, cuius cauam Romanus Pontifex Innocentius in sumum suscepit patricium.

4. **C**an. I. Nicenam instauratur decretum de Paschali solemnitate celebranda die Dominico: quam rem uberioris festivitas in prima Arelateni: & fuisse in ipsa Nicenam Synodo. Vide etiam Apostolis adscriptum canonem VIII.

Can. II. Ita sancit: *Omnis qui in Ecclesiam ingreditur, & sacras Scripturas audiunt, orationi autem cum populo non communicant, vel sanctam Eucharistie participationem propter aliquam insolentiam averbantur, eos ab Ecclesia ejici oportet, donec postquam confessi fuerint, fructusque penitentie ostenderint, & imploraverint, veniam assuepos possint. Non licere autem communicare cum excommunicatis, neque in dominibus convenientes orare possunt, qui in Ecclesia non communicant. Neque in alia recipi, qui in alia non communicant. Si quem autem ex Episcopis, vel Presbyteris, vel Diaconis, vel quemvis ex Canonum compilatores, Martinum, Burchardum, Anselmum, Ivonem Carnotensem, Gratianum, qui suis passim collectionibus canones Antiochenos inferuerunt. Adeo ut Antonius Augustinus lib. 1. de emendatione Gratiani, Dialog. 11. affirmet his verbis: *Receptos esse constat canones Antiochenos, & in corpore Canonum positos ante Concilium Chalcedonense, ut in ejus Concilio actione 12. Grecis, & 11. Latinis appetit, & ex aliis malorum testimonis constat, preferrim Paschalis III. in Concilio Romano:* Id Concilium non aliud esse reor a Lateranensi secundo sub eodem Pontifice Paschali II. cui ipse presedit; in quo cum aliis Canonibus allegatur Antiocheni Concili can. 24.*

3. Quod vero Julius Papa in causa Athanasii, & Innocentius I. in lice Chrysostomi damnant ut injustum canonem Antiochenum, quo utrumque Sanctum depositum & extortum adverfiorum implacabilis furor conabant opprimere; hoc de nullo ex viginti quinque Canonibus, qui superfluit, intelligi debere contendit vir doctissimus Schelbrates; quandoquidem omnes ab Ecclesia in auctoritatem recepti sunt, jam ab usque Synodo Chalcedonensi, & Codices Canonum, quibus olim Romana utebatur Ecclesia, sive eum dicas, quem editid in lucem Jutellus, sive quem publicavit Quesnelius notiter, utrumque sane veneranda antiquitas, quemadmodum etiam antiquissima collectiones Dionysii Abbatis, & Ildori Mercatoris; omnes illos Canones ut Ecclesiæ probatos & regiminis Ecclesiastici regulas proferebant. Et qui maxime omnium suspectus videri posset quartus canon Antiochenus, lectus & approbatus fuit actione quarta in Concilio Chalcedonensi, & plane justus, facroque regimini conformis est; quemadmodum duodecimus, qui tamen vellicari coepit tantum hoc ultimo saeculo, ut obseruat Schelbrates, a Scriptoribus quidem ingenii, meriti, & peritiae profundissima, Baroni, Perronioque Cardinalibus, Antonio Augustino, & Marca Episcopis, aliisque clarissimis viris. Quisnam vero tandem est ille canon Antiochenus, a Julio, & Innocentio Summis Pontificibus rejectus? Ille utique, quem seorsum a Catholicis Episcopi Ariani, paulo post direptam Synodum, consentiente Constantio Principe procederunt: quo tempore Gregorium Alexandriæ Antistitem facilema manuum impositione crearunt. Canon autem tunc ab eis confatus refertur a Palladio quidem Helenopolitanus Episcopo, Chrysostomi discipulo, cuius vitam conscripsit: *Si quis Episcopus, aut Presbyter, sive iuste, sive iniuste depositus, ex seipso absque Synodo in Ecclesiam redierit, hic iam excusationis non habeat locum, sed omnino expellatur.* Refertur pariter eodem sensu a Gregorio Patriarcha Alexandriano in ejusdem vita: *Sive Episcopus, sive Presbyter, iuste aut iniuste depositus, si privata auctoritate circa decretum Synodi invenire Ecclesiam, talem deinceps nolamus locum obtinere sui expurgandi, sed expellatur & demum in exilium relegatur.* Res quidem est deterrimi exempli, gravemque introducens confusionem & anarchiam, si quis a legi timo judicio exautoratus posset privata auctoritate se stabilire. Post Christi condemnationem nullum fuit suspicitus, nullum flagitiosus, nullum calumniosus iudicium, quam quo fuit opressus Athanasius in Tyro Conciliabulo, ab Episcopis tum ob immane odium suspectis, tum incompetenteribus, nec ullam in eum potestatem legitimam aut jurisdictionem habentibus, qua fuisse in ipsum utpote secunda sedis Patriarcham, pollere poterat Romanus Episcopus totius Ecclesie caput: & ta-

5. Altera